

“Wettersegen”

Dall'invenzione della Santa Croce all'Esaltazione della Santa Croce

- V. A fulgure, grandine et tempestate.
- R. Libera nos, Domine Jesu Christe.
- V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
- R. Et salutare tuum da nobis.
- V. Domine, exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.
- V. Oremus. Quaesumus, omnipotens Deus, ut, intercessione sanctae Dei Genitricis Mariae, sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Viduarum, et omnium Sanctorum tuorum, continuum nobis praestes subsidium, tranquillam auram permittas, atque contra fulgura et tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effundas de caelis, et generi humano semper aemulas, dextera potentiae tuae, aereas conteras potestates. Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.
- V. Sit nomen Domini benedictum.
- R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.
- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R. Qui fecit caelum et terram.
- V. **Benedictio Dei omnipotentis, Patris + et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos, locum istum et fructus terrae et maneat semper.**
- R. Amen

“Wettersegen”

Dall'invenzione della Santa Croce all'Esaltazione della Santa Croce

- V. A fulgure, grandine et tempestate.
- R. Libera nos, Domine Jesu Christe.
- V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
- R. Et salutare tuum da nobis.
- V. Domine, exaudi orationem meam.
- R. Et clamor meus ad te veniat.
- V. Dominus vobiscum.
- R. Et cum spiritu tuo.
- V. Oremus. Quaesumus, omnipotens Deus, ut, intercessione sanctae Dei Genitricis Mariae, sanctorum Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, Viduarum, et omnium Sanctorum tuorum, continuum nobis praestes subsidium, tranquillam auram permittas, atque contra fulgura et tempestates desuper nobis indignis tuam salutem effundas de caelis, et generi humano semper aemulas, dextera potentiae tuae, aereas conteras potestates. Per eundem Christum, Dominum nostrum. Amen.
- V. Sit nomen Domini benedictum.
- R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.
- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
- R. Qui fecit caelum et terram.
- V. **Benedictio Dei omnipotentis, Patris + et Filii et Spiritus Sancti, descendat super vos, locum istum et fructus terrae et maneat semper.**
- R. Amen